Materialien

zur

Personenkunde

der

Ostseeprovinzen

	n.	m.	a.
Behamann–Conrad		1630.	

Ordt. den 29. 9. 1622.

nat. mort.

Biermann - Peter

aus Bremen.

Schw. Bürger 1715. Dez 12.

Anna Elisabeth Harmens, Wittwe von Wennemar Decker. † 1714. 1678. 1720. No 19. D. 149.

T. des Bell. Conrad H. u. Ursula v. Osthoff verwittw. Schopmann

§ 1715 procl. D. 14. p. Tr.

1. Konrad 1716. Apr 14.

2. Peter

3.

s. KB. der Petri K., wo der Name Bihrmann geschrieben

Schw. 52.

548.

Biermann – Hans Heinrich   Behrmann*)   Riga   1625.

war 1594 Pastor zu Marienburg. ord 1594 vom rig. Stadtministerio kam nachher um J. 1606 an die Johanni Kirche in Riga.
ein geborner Rigaer, wie sein noch vorhandenes Ordinations-Attestat ausweist, wo er bloß Heinrich genannt wird.

Maria Brüning

S 8ten 12.
sie heir. 1630. den Pastor der Ehstn. u. Finn. Gem. zu Riga Siegfried Petri   P. 406.

*) Behrmann – Hans Heinrich, – so unterschreibt er sich eigenhändig – wie Sonntag bezeugt. Hans Bürmann – in Gust. Bergmanns Gesch. von Livl. p. 158.

Bergm. Versuch II. p. 39. Silverd. Notizen.

p. 12. **Behrmann*), Hans Heinrich**, geb. zu Riga am

*) So unterschreibt sich eigenhändig der in seinem Ordinationsattestate und bei L. Bergmann Biermann, bei G. Bergmann aber Bürmann genannte.

..., P. zu Marienburg 1594, ord. vom Rig. Stadtministerio *); ward um 1606 P. an der Johanniskirche in Riga. † 1625. Vgl. Bergm. I. 39.

*) Besage des noch vorhandenen Ordinationsattestates, das wir hier folgen lassen:
p. 13. Pastores et Ministri ecclesiae Rigensis gratiam et pacem, cum aeterna salute, a Deo patre, per Jesum Christum Immanuelem et Salvatorem nostrum, precantur omnibus piis et bonis, qui hoc testimonium lecturi sunt.

Manifestum est, pios Episcopos in ecclesia profitentes Evangelium Domini nostri J. C., habere jus et potestatem ordinandi et constituendi Presbyteros, Pastores et Ministros Evangelii, sicut docent haec dicta Christi et Paulli. Sicut misit me Pater, sic ego mitto vos. Et Paullus Tito Superintendenti ecclesiarum Dei in Creta inquit: Te reliqui ibi, ut quae desunt corrigas, et constituas oppidatim Presbyteros. Et Timotheo Episcopo Ephesi inquit: Nemini cito manus impone, et ministerium quod tibi tradidi, commenda fidelibus viris, qui sunt idonei ad docendum. Ritus etiam expresse ab Apostolis traditus est, ut vocati, facta exploratione doctrinae et vitae, oratione et impositione manuum Presbyterii, ad Ministerium ordinentur, segregati a mundo ad opus propagandi Evangelii, consecrati Deo, et sic ecclesiae facta publica invocatione commendentur. Quae doctrina opponenda est clamoribus furiosorum Papistarum et Jesuitarum criminantium in ecclesiis nostris ordinatos et audaciae fanaticorum, Stellionum et Neophytorum, qui non missi per ecclesias vagantur, aut indulgentes cupiditati potentum aut vulgi, Ministerium inordinati adfectant et occupant.

Ea de causa honestum et eruditum juvenem D. Henricum Biermannum optimis et honestissimis parentibus in hac civitate natum, vocatum ad ministerium et officium Pastoris in ecclesia Mariaeburgensi, ad nos missum a nobilissimis viris, ad quos jus patronatus ecclesiae Mariaeburgensis hoc tempore spectat, ad examen admisimus, in quo cum ostendisset se amplecti sincerum et pium consensum doctrinae Propheticae et Apostolicae, et alienum esse ab omnibus sectis et falsis opinionibus, pugnantibus cum canone Confessionis Augustanae; Et promiserit data dextera Societatis, se diligentiam in studio doctrinae coelestis, assiduitatem in ardente pia invocatione Dei, fidelitatem et εὐταξίαν in toto ministerio praestiturum esse; vitaturum falſa dogmata; et nihil facturum contra ordinem receptum in ecclesiis nostris; ac servaturum concordiam, honestatem in moribus et vestitu, sobrietatem, reverentiam et obedientiam erga superiores et seniores, juxta ordinationem ecclesiasticam: Quod salutare sit ad gloriam Dei, et aedificationem miserrimae in Livonia ecclesiae, nos ordinarii pastores et ministri ecclesiae Rigensis vocationem D. Henrici Biermanni, quem judicamus ad docendam ecclesiam esse idoneum, approbavimus, eumque ritu ab Apostolis tradito ad Ministerium Ecclesiae, ut Servus J. C. perfectus sit, ordinavimus. Ac oramus omnes pios, in primis ecclesiam Mariaeburgensem, ejusque hoc tempore patronum, Illustrem et Magnificum Dn. Georgium Farensbegium Praesidentem Wendensem et summum in Livonia militiae Praefectum, cui inserviet, ut huic nostro testimonio fidem tribuat, et hunc D. Henricum Biermannum duplici honore, victu et reverentia clementer adficiat. Rigae sub sigillis nostris Ao. 1594.

(L. S.) M. Gregorius Plinius, Pastor.	(L. S.) M. Paullus Oderbornius, Pastor.	(L. S.) Johannes Reckmannus.	(L. S.) M. Johannes Vallensis.
(L. S.) M. Laurentius Lemchen.	(L. S.) Gasper Timius Pastor ad D. Joh.	(L. S.) Jodocus Holstenius.	(L. S.) M. Georgius Zieglerus.
			(L. S.) M. Herbertus Vlricus.

Freyherr von Bielsky